stando Nobilis Onisko Paczlawski Jaszkowicz [illegible] Districti
bus Iuribusque suis quibuscunque proprijs ac foro competenti recedens huic
vero praesenti Castrensi Premisliensi Jurisdictioni se cum Successoribus
bonisque suis omnibus quo ad hunc actum attinet, incorporando et subijciendo
sanus mente et corpore existens sponte palam ac per expressum recognovit
Quia ab omnibus Citationibus ac satisfactionibus Contentionibus Iuris pluribus
super Nobili Fedor Paczlawski fratre suo germano coram Judicio Terrestri
Przemisliensi ratione non solutionis certarum summarum per ipsum quocunque tenentur
quantitatibus obtentis et acquisitis in quibuscunque punctis et gradibus iuris se
extendentibus omnibusque eorundem pluriorum Condemnationibus quibusvis temporibus
recedit. Easdemque Citationes Contentiones Iuris plura super eodem Fedor
Paczlawski ordine suprascriptorum coram Judicio Terrestri Przemisliensi promota
in quibuscunque punctis et gradibus iuris depedentia cum omnibus ipsorum gl[illegible]
eorum Condemnationibus Cassat annihilat mortificat oblitterat et viribus inanem
ponit sibi et Successoribus suis perpetuis agendi e [illegible] perpetuo impo
nendo silentium per praesentem suam recognitionem mediam.

Sulowsky quietat alium

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter stans Nobilis
Bernardus Sulowski recedens ab omni suo proprio foro et competenti sa
nus mente et corpore existens sponte palam recognovit Quia Nobilem
[illegible] Prokopium Sulowski et eius Successores de certa Summa pecuniaria per ipsum
Prokopium Sulowski tenentur quibusvis ac quibuscunque temporibus ob solutionem
per eundem Prokopium tenentur quibusvis ac aliter [illegible] temporibus ob solutionem
[illegible] et omnimoda sibi per se quietat liberumque ac immunem facit et
quietat sibi et Successoribus suis ratione praemissorum aliter [illegible] imponendo si
lentium per praesentem suam recognitionem mediam. Quod [illegible] firmat est.

Inscriptio Concordiae Inter Stadniczkie

Co[ram] Coram officio et actis Castrensibus Premisliensibus personaliter constituti
Generosi Stanislaus Martinus Joannes Caprius Nowomiesten[sis]
Samuel et Andreas Stadniczky filij Generosi olim Stanislai Ma
thei Stadniczky de Zmigrod Oppidi Dubiecz[k]o et villarum
ad id pertinentium In terra et districtu Sanocensi existentium haeredibus fratres germ[ani]
Recedentes a pallatibus terris districtibus iuribus ac jurisdictionibus suis
quibusvis propriis et foro competenti renunciando huic vero praesenti Castrensi
Premisliensi foro ac jurisdictioni sese cum successoribus bonisque suis
omnibus in toto quo ad actum effectumque totius praesentis inscriptionis ac
cuiuslibet Conditionibus in ea seorsim ac specialiter descripta contentis atti
net incorporando et subijciendo sani mente et corporibus existentes sponte pa
lam publice et per expressum recognoverunt ac quilibet eorum pro suo in
esse recognovit. Quia ipsi Volentes inter se mutuum amorem frater
num et debitam charitatem observare errores quoque litigiosos perpetuo
evitare Omnes et singulas Conditiones infrascriptas per medium et ope
ram Generosorum Samuelis et Christophori Zborowskijs de
Rytwiany quippe mediatores ac judices Compromissarios per eos
sibi invicem et sponte electos constitutos et reassumptos Ratione
Controversiarum infrascriptarum inter eosdem quacunque ex causa ratione
arte et via qualibet exortarum decisas et cognitas firmas et va
litas perpetuoque duraturas invicem observandas alter alteri per fratrum
suum recognoscentium quo ad personam et bona cuiuslibet eorum
pertinet debite exequendas et inviolabiliter firmas et valetas veluti
sententia et Judicio supremi Judicis cognitas mortificatas et decisas
fuerint approbant et ratificant In sensu qui sequitur modo. In primis